

ihm Gott selbst durch die erstaunliche Wundergabe; Zeugnis gibt die heil. Kirche durch seine allgemeine Verehrung im Abend- und im Morgenlande ¹⁾; Zeugnis gibt der Segen, den durch ihn so viele Völker erlangt, und der fortwirkt bis auf den heutigen Tag.

I. O. G. D.

(Ein zweiter Artikel folgt nach.)

De sancti Martini loco natali et cultu

scripsit P. Remigius Sztachovics.

Deprecor, clementissime pater, in ea caritate, qua Deus nos coniunxit, et in ea fide, quam condiximus, ne quid novi mittas in ecclesias sancti Martini et in res illius. Potens est sanctus Martinus apud Deum defendere res suas, si necesse est illi clamare ad Deum.

(Alcuinus, ad Raganbert. epm. Lemov. epist. 226. Wattenb. pag. 732.)

Vorbemerkung der Redaction.



eussere und innere Gründe sind es, wodurch wir uns veranlasst sehen, den nachfolgenden Artikel über den Cultus des heiligen Martinus an dieser Stelle zu veröffentlichen.

Sprechen wir zuerst von letzteren. Wie aus dem zweiten Buche 8. Cap. der Dialoge des heil. Gregor des Grossen hervorgeht, war die Verehrung des heil. Martinus schon bei Begründung des Benedictiner-Ordens in Blüte. Und der heil. Benedict selbst errichtete gleich bei seiner Ankunft auf Monte Casino „in ipso templo Apollinis oraculum beati Martini“ eine Capelle, gewiss ein Beweis, dass dem Heiligen die Verehrung S. Martins gar sehr am Herzen lag. Dies sowohl, wie auch die reiche Literatur, die sich um S. Martin, dessen Leben und Wunder seit jeher gewoben hat, aber auch der Umstand, dass das grösste noch zur Stunde existirende Benedictiner-Kloster Transleithaniens, im Königreiche Ungarn zu Ehren dieses Heiligen begründet wurde und sich an diese Gründung, wie der vorliegende Artikel beweist, so vieles an-

¹⁾ Schon der Umstand, dass der heil. Papst Gregor den übrigen heiligen Männern jener Zeit je ein Capitel, dem heil. Benedict ein Buch mit 38 Capiteln widmet, ist ein hervorragendes Zeugnis für den hohen Vorzug des heil. Benedict.

schliesst, was die Geschichte S. Martin's, geboren zu Sabaria, also im heutigen Ungarn, noch mehr aufzuklären im Stande ist, gehört zu den inneren Gründen der Aufnahme des folgenden Artikels.

Zu den äusseren rechnen wir vor allem die eigentliche Veranlassung der Abfassung. Ueber diese nun Folgendes:

Im Jahre 1878 fasste man den Plan, in Tours, am bischöflichen Sitze des Heiligen, zu dessen Ehren eine neue Basilika aufzubauen, als Denkmal der Dankbarkeit des französischen Volkes für seinen Glaubensboten. Im October desselben Jahres erliess nun der bekannte Historiker A. Lecoy de la Marche, Professor der Geschichte an der katholischen Universität zu Paris, einen gedruckten Aufruf, in welchem er zum Zwecke der Abfassung einer umfangreichen Geschichte S. Martins um die Beantwortung nachfolgender Punkte ersuchte:

1. Gibt es welche historische Thatsachen oder Traditionen, welche sich auf den Namen S. Martins in Ihrer Gegend beziehen?

2. Ist S. Martin bei Ihnen Gegenstand einer besonderen Verehrung, eines Cultus, und worin besteht derselbe?

3. Bestehen zur Stunde noch Kirchen, Capellen oder andere Bau-Denkmale zu Ehren dieses Heiligen errichtet, oder bestanden solche in früherer Zeit?

4. Haben sich noch Monumente, Gemälde, Sculpturen und dergleichen erhalten, welche direct oder indirect mit S. Martin in Beziehung stehen?

5. Besitzen Sie welche Schriften, besondere Documente oder örtliche Legenden über S. Martin, seine Wunder und seinen Cult?

Diese fünf Punkte wurden zum Zwecke einer geeigneten Beantwortung nach allen Seiten hin verschickt, — sie kamen auch nach Martinsberg. Ihre Beantwortung sollte zunächst in einem Album zusammengestellt und dessen Reinertrag dem Aufbau der Basilika zu Tours gewidmet werden. Leider wurde der Bau selbst in Folge ungünstiger Verhältnisse sistirt. Denn, wie Lecoy in einem Schreiben vom 9. November v. J. berichtet, war die Stadtgemeinde von Tours, von dem gegenwärtig in Frankreich herrschenden, der Kirche feindseligen Geiste beseelt, nicht zu bewegen, den ihr eigenthümlichen Grund und Boden abzutreten, auf welchem die neue Basilika sich hätte erheben sollen. Man musste sich daher vorläufig mit einer provisorischen Capelle begnügen, in welcher das Grab des heil. Martin, welches 1860 wieder aufgefunden worden war, prachtvoll hergestellt wurde, und die dem Berichte zufolge bereits mit einer Menge von Votivgeschenken der zahlreichen Pilgerschaaren geschmückt ist. In Folge des unliebsamen Umstandes nun, dass eben der Neubau bisher nicht zu Stande kommen will, wurde auch von der Herausgabe des besagten Albums Umgang genommen.

Herr Archivar Remigius bekam seinen Artikel zurück, und war so freundlich, denselben unserer Redaction zur Verfügung zu stellen. Der

Ideengang, der ihn bei der Abfassung desselben im Anschlusse an die Fragepunkte des Herrn Professors Lecoy leitete, war in kurzem folgender: Er wollte zunächst aus der inneren Tradition den Beweis der steten Verehrung des heil. Martin im Benedictiner-Orden im allgemeinen und speciell im Benedictiner-Stifte Martinsberg liefern, hieran sollte sich die äussere Beweisführung anschliessen, wie sie die Legende darbietet; er führt dann für diesen Cultus Päpste und Könige urkundlich als Gewährsmänner an, und schildert diesen am Schlusse. Die Durchführung dieses Ideenganges liegt im folgenden Artikel vor.

Die im Texte angezogenen Diplome lassen wir, weil zum Verständnisse nothwendig, am Schlusse nachfolgen.

Monasterium S. Martini de sacro monte Pannoniae in Hungaria, provincia (comitatu) Iaurinensi in dioecesi eiusdem nominis, anno 987 a Geysa duce construi coeptum, ab eiusdem ducis filio Stephano rege Hungarorum, cum dedicatione ecclesiae dominica secunda Octobris 1001. consummatum, situm est iuxta mappam milit. sub longit. orient. (Ferro) $35^{\circ} 25' 30''$, et latit. borealis $47^{\circ} 33'$.

Inter plures et iunctos colles leniter editi monasterii montis altitudo iuxta rec. dimensionem militarem (supr. Stabi) 886.5 pedes viennenses = 380.7. m.; iuxta meteorol. instituti vienn. 894 pedes vienn. = 382.50 m. numerat. Situs tamen loci tam opportunus est, ut inde tredecim provincias in boream et orientem versus conspicias. Quamobrem Romani subiectis validis muris (altero 2 m. 52 cm.; et altero 3 m. 48 cm. lato), quorum quidem fundamenta patent, locum excitandae speculae commodum censuerunt, quae specula serius qua Donjon apsidem ecclesiae ab oriente defendebat, adiecto altero a boreali parte similiter apsidi vicino; quae quidem sic exstitisse et fundamenta, et icones picturae linearis antiquae commonstrant. In meridiem ad duo miliaria remota, longe lateque visuntur culmina montium silvae Bacon, quondam Romanorum undique castris firmatum praesidium; ab occidente vero, qua frons ecclesiae respicit, lateri montis se applicat pars oppidi nunc Szent-Márton,

olim Olsuk seu arx inferior dicta ¹⁾); reliqua pars propius vallem circa 1000 m. latam, propter pedem montis con-sedit. Vallem dictam permeat; nec tamen aequa parte dividit, sed maiori parte orientali ripae relictæ, rivus Pannosa, qui ad meridiem de miliari remoto fonte Sa-bariae (vulgo Caput Pannosae) profluit et inter Ménfö et Iaurinum Araboni (Rába, Rapa) miscetur. Trans rivum iugum montium aliquanto altius illo S. Martini, prospectum intercipit.

Quamquam autem mitiore anni parte regionis huius amoenitas miram animis ad hoc aptis tranquillitatem aequæ ac corporis vigorem addit vel reducit: tamen fuerunt, qui ratione habita penuriae aquae, soli, quod nec industrio labori dignum censum in vite et segete referat, quoniam modicae argillae mixta sabuli alluvies est, loci natura minimum muniti, imo qui nec pro aedificanda domo materiam praebeat: his pensatis pernegabant Regem fundatorem — ubi commodiora loca sufficiebant, talem locum sive assignare voluisse, sive primos fidei praecones optare potuisse. „Fuerit, aiunt, illud primum monasterium ubivis locorum aedificatum, neutiquam vero isto noverco solo positum“.

Concedamus, pauca dici posse in laudes glebae nostrae, neque dubium, quin omnes omnium temporum incolae eiusdem idem senserint, imo solum et locum mutaturos, nisi graves inquam rationes vetassent. Verum alio meliore loco quondam aedificatum monasterium, refellit tam illud opinari nescio quo argumento (neque enim veterum vel minimum testimonium producere va-

1) In fassione habitum induti comitis Conradi, 1267 coram cañlo Hontensi celebrata „praesente procuratoria vice conventus fratre Gregorio tunc tempore Magistro Curiae inferioris.“ Capsa. XII. B. Urbarium vero 1260 statuit de 57. mansionum servis in Olsuk: „tenentur per totam Gemem portare ligna super dorsum ad domum vel Curiam Abbatis.“ quae fuit in arce superiori seu Felsuk. Fascic 61. n. 18.

lent) ad priore peiorem nempe hunc locum migrasse; tum etiam quia Belae II. regis de 1137. et Andreae II. regis de 1225. diplomata ecclesiam illam S. Stephani regis restauratam et ampliata depraedicant; ubi vero ecclesia, ibi quondam sub eiusdem tecto et monasterium. Igitur devium loquuntur, qui, certe commiserati primos missionarios nostros, aliter putaverunt. Qui vero si utrinque mutua gratulatione functi sunt? Dux et Rex quidem dedisse de ipsius regiae familiae fundis locum quem gratum cognovit praeconibus; praecones vero benedictini accepisse et habitare, quod sibi omnium optatissimum persentiscebant.

Noverunt enim illud tirones ordinis nostri, imo testes invoco eruditos viros, qui minimum initia ordinis illius pernosse studuerunt, qui facem historiae toti prae tulit Europae, quid luminis apponant ista verba Gregorii magni papae (Dialog. c. VIII.) „Illuc (ad Casinum montem) vir Dei perveniens, in ipso templo Apollinis oraculum beati Martini; ubi vero ara eiusdem Apollinis fuit, oraculum sancti Ioannis construxit, et commorantem circumquaque multitudinem praedicatione continua ad fidem vocavit.“ Igitur S. Benedictus filiis suis cultum beati Martini iam in cunis ordinis sui et in principali monasterio instillavit, et quid agerent, exemplo suo docuit. Argumentum hoc erudite simul ac pie urget Adenulfus, abbas Casinensis, in ep. de anno 1212 ad Pannonios Sancti Martini scripta: „Proinde vestram fraternitatem propensius exoramus, quatenus post Martinum vestrum nostrum in vestris pectoribus habeatis Benedictum; quia Benedictus noster vestro Martino detulit, cum eius oratorium in vestro monasterio fabricavit.“ Vitam vero Sancti Martini, quam ex ore magistri sui didicerant, plenius per noscere licuit ex Sulp. Severi libello, quem de vita beati viri Martini episcopi edidit, studioseque eum a multis legi auctor ipse libentissime audiebat. Unde prout est concludere: Sancti Benedicti discipulos, prout

cultum S. Martini Turonis non didicerant, sed eum domo iam pectore tulerunt: ita locum natalem eiusdem Sancti, in gravissimo fidei negotio in Pannoniam profectos, quippe Martinum Sabaria Pannoniorum oppido oriundum, non de plebeculae ore hausisse, sed de certa scientia iam domi tenuisse.

Verum ne quis autemet lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, in Pannonia una solum vice floruisse: hinc ideae suae tenacem ordinem, Sancti Stephani aevo pene duobus seculis antiquiori comprobamus exemplo. Debellata anno 795. Avaria, Alcuinus Paulinum Aquileiensem antistitem ad evangelizandum illam provinciam evocat, spe vero frustratus, Arnonem Salisburgensem archiepiscopum ad suscipiendum ibi apostolatatum rogat; qui iam mense Martio 796. votis Alcuini annuit et cum legatis Avarum comitante exercitu Bavarorum in Avariam descendit. Sumtus pro Arnone et suis de S. Petri abbacia religiosis, item auxiliaribus de inf. Altaich assignavit Carolus M. tertiam partem proventuum regionum in archiepiscopatu Arnonis regi dependi solitorum; erogata vero per Megenfridum regis arcarium indiculis confirmari praecepit. Verum iam imperatoris filius Carolus Crassus fidei praeconibus in Avaria fundos assignat (praeceptum eius confirmante Ludovico, Ottonibus et Philippo Henrici IV. fratre); illis quidem de Altaich melioris glebae in Szalavár; Salisburgensibus vero, quibus libera optio data fuit, et si steriles tamen illis gratiores Rapam Sabariam civitatem, et huic vicinam siccam Sabariam et Pennichaba (quod celtice caput seu initium montium notat) quodve nomen Danubio vecti cumulo illi montium Sancti Martini apprimere congruere, ultro asserent ¹⁾. Hic utrosque et anni 796.

1) Subnectimus verba diplomatis: „Item secundum exemplar praecepti, quo divus Augustus Otto praedictam Salzburgensem ecclesiam munivit, ac ditavit, nos donationes eidem ecclesiae factas . . renovamus et confirmamus . . „Rapam Sabariam civitatem, et ecclesiam

et 987. benedictinos praecones, pia memoria magistri sui S. Benedicti et beati Martini ductos libenter condisse, tanto minus ambigimus, quum iam proficiscenti Arnoni Alcuinus gratuletur: „Bonos, inquit, et religiosos tecum habes socios. In quorum ore et conversatione nomen domini nostri Iesu glorificetur.“ Iam vero abacto verborum fuco, id genus hominum ad servandum sancte traditionem, quod quidem familiarum vitali spiritui aequamus, cum primis idoneos esse, id singularum abbatiarum historia luce meridiana clarius edocuit et graviter demonstravit. Si vero secus, evenire ait Alcuinus (ep. 272.), quod pessimum est, ut ipsi structores multis in locis sint destructores, et aedificatores dissipatores.

Celebrat Ecksteinius in „Askesi“ sua (pag. 283.) ordinem Benedictinum praecipue novisse artem illam populos clementer traducendi de semitis ethnicorum ad christianae fidei orbitam¹⁾; quum autem bonum morem etsi dicam ethnicum in novello grege servatum pergebant: quis quaeso putet suam ipsorum traditionem, si licuit non facto curaturos? Fecerunt; neque dum quinque labentibus seculis testatum volebant, se quidem viciniae

cum decima, et teloneis, vineis, agris, pratis, pascuis, forestis, montibus cunctis ad eandem civitatem legaliter pertinentibus. Insuper siccam Sabariam, et Pennichaba, et Mosaburch abbatiam, ubi Sanctus Adrianus requiescit. Nonam quoque de omnibus regalibus inibi cum teloneo in civitate, et piscina ad Salabingam curtem, cum tercentis mansis etc.“ *Henr. Canisius, Antiqu. lect. P. III. p. 457.*

- 1) Liceat hic de patriis exemplis promere: In missali benedictino Prayi de initio sec. XIII. in magni diei Sabbati officio sic legimus: „Hic manu cereum benedicat. Hoc expleto per uniuersas domos extinguitur ignis, et incendatur de nouo et benedicto igne.“ — Arpadi vero ducis, magni prodigii avis, vulgo Turul „quae duci viam monstraverat, et cuius signum in ducis propaginis clypeis expressum fuit; hanc inquam vetustissimum S. Martini sigillum forma pici in arundine ignem coelestem ferentis exhibet — symbolo nempe b. Mariae Virginis quae verum, ignem coelestem detulerat, illud ethnicum locum cessit.

loci natalis S. Martini, in monte quem locum orationis sibi sanctus puellus assignaverat — quamobrem prout Casinum montem ob reverentiam S. Benedicti, ita hunc Pannoniae montem ob reverentiam S. Martini Sacrum appellatum — habitare, nemo de frequentibus Benedictinorum abbatiis intra et extra regni limites, eos erroris monuit; quin imo Summi Pontifices et Reges se idipsum sentire, diplomatum auctoritate confirmarunt.

Iam ista quae adhuc notavimus, magis ad interiorem familiae benedictinae traditionem pertinebant; maiorem forte apud nonnullos vim habitura, quae de externa traditione monumenta loquuntur. Verum etiam ut venerationem hac nobis omnibus solenni occasione contestemur ¹⁾ primitias publicationis particulae de primo exemplari Legendae Sancti Stephani regis, quae de loco natali et cultu beati Martini distinctim agit, hisce pagellis ultro libenti animo cedimus. ²⁾ Lectores tamen advertere rogamus, monasterium S. Martini integrum exemplar Legendae S. Stephani ullo unquam tempore tenuisse (hoc enim aliis felicioribus obtigit); sed solum eiusdem Legendae particulam ex capituli Albensis primo exemplari, — quod 1202. S. Innoc. III. pp. probavit — expetitam particulam aegre 1349. pro suo monasterio in transumpta obtinuisse.

Item adsunt in tabulario nostro quatuor eiusdem tenoris, anno 1350. transumptae particulae ex capitulorum ecclesiae Nitriensis, Strigoniensis, Vaciensis et Iaurinensis authenticis Legendae exemplaribus, quorum omnium ex eadem primaeva Albensi Legenda transumpta testimonia in iudiciis vim legis habebant, ideo quod primum exemplar Legendae ex ipso libro Regio,

¹⁾ Confer, quae de origine huius tractatus supra commemoravimus.

²⁾ Vide addit. Dipl. I.

qui decreta et acta S. Stephani sacra et profana glomerans continebat, desumptum fuerat; unde evenit, ut liber regius et ipse Legendae S. Stephani regis nomine, utpote fons eiusdem, audiret. Luculentum in nostram rem exemplum praebet mandatum Ludovici I. regis ad Albensis ecclesiae capitulum, datum Budae sabbato proximo ante quindenae Sancti Michaelis archangeli, anno domini millesimo tercentesimo quadragesimo nono: „quatenus — inquit, — in Legenda sancti regis Stephani hoc, in quantis locis in regno nostro nobiles Iobagiones et populi castri Craco vocati residentiam facere debent, et in quali libertate existunt, requirere debeatis et prout rescieritis, nobis per exhibitorem presentium ad fidelitatem nostram in literis vestris renunciare debeatis.“ Capitulum vero non congruentia synonyma libri regii et Legendas modeste concedendo, aut etiam Legendas suas timens, ait: „Nos igitur precepto Vestre Sublimitatis libenter obtemperassemus, ut tenemur de iure et facto, libertatem Iobagionum et populorum predicti castri Craco uocati in Legenda sancti Regis Stephani contentam pro eisdem Iobagionibus et populis libenter quesuissemus et inuentam in nostris literis Vestre Maiestati transmissemus, sed dictam Legendam Serenissimus Princeps Genitor vester Dominus Karulus eadem Gracia quondam Inclytus Rex Hungariae pie et felicitis recordacionis ad scitum omnium nostrorum tempore Iohannis, quondam Custodis de Sacristia interiori excipiendo ad Wysegrad fecit deportari; ideo eandem requirere non ualuimus. Datum in feria VI. proxima post festum Vndecim Millium Virginum. Anno Domini supradicto.“

Igitur capitulum Albense de „Legenda“, quae iuxta Ludovici regis verba etiam civilia et militaria decreta continebat, regi renunciare non potuit, quia iussu Caroli de Albensi interiori sacristia id est de archivo regio, ad Wysegrad deportata fuerat; e contrario de „Legenda“,

quae solum res ecclesiae e decretis sancti regis desumptas continebant, ex eadem inquam Legenda monasterio S. Martini XI. Kal. Aug. 1349. dat quaesitam transumptam particulam, ad iurium decimationis in Symegienti provincia defensionem: quia in sacristia bene custodita unde daret, Legenda remansit. Hoc ipsum ab Albensibus amicabiliter postulans conventus S. Martini, bene distinxit: „ut de decreto sanctissimi regis Stephani, et de Legenda eiusdem, ac etiam de registris ecclesie nostre in conservatorio existentibus,“ sibi darent rogans, quod quidem postulatum triplex est.

Si quaeritur, quae illi regio libro inserta fuerint, e certis diplomatum indiciis haec colligimus: Bona et proventus familiae regiae; donationes ex his aut de bonis ad fiscum devolutis; fata regni; leges; catalogus nobilium secundum genus et familias; foundationes episcopatum et abbatiarum; libertates civilium, et civitatum; castra et castrensium numerus cum designatione locorum, unde statutis temporibus praesidarii succedant; exactos vero rei militaris iuduculos, quae quidem sine his cogitari nequit, per singulas provincias earum comites duxerunt; forte et monita ad Emericum filium et successores reges, quos omnes sub Emerici nomine complectebatur. Haec omnia iuxta conditionis strata rite aedificatam et ordinatam civitatem sapiunt. Aptum vero argumentum, quo librum regium continuatum demonstramus, se offert in Andreae I. 1055 fundatione abbatae Tihany (Acta Abb. Tihany. Fasc. I. nro 1. 2.) In utroque, regis nempe fundationali, et eius fratris Belae ducis consensu haec verba, si qui forte subdubitant, quaeso, advertant: „Unde itaque christianissimus sceptrifer Andreas iussu autoritativo sub cartali testamento huius privilegii exarari edixit, thomo presente seriatiim monstrante, quidquid ad ecclesiam sancte Marie, sanctique Aniani episcopi et confessoris in loco qui vulgo dicitur Tichon super Balatin“ etc. Quare con-

vellitur eorum opinio, qui ordine inverso diplomata iam plene exarata demum libro regio inserta fuisse propugnant. Etiam notamus in regis Andreae diplomate praeter Chrismon, quod praesefert, invocationem et Arengam ¹⁾ longiorem de verbo ad verbum ex illo Belae ducis transcripta esse; quod in usum eorum adducere libuit, qui ex identitate horum utramque cartam falsi simulare parabant. Tentatum enim est hoc ob similem rationem cum S. Stephani quinque abbatiarum diplomatum, quibuscum dein rei diplomaticae elementa altius resumere et insinuare oportebat. — Liber regius decidit saepe de nobilitate et eius fortunis. Sic Bela IV. 1266: „quod sicut in registro nostro iam dudum confecto, per nos saepius adprobato invenimus contineri, Martinum filium Gregorii cum fratre suo fuisse et esse veros nobiles“ etc. — Ludovicus I. rex possessionem quam Carolus I. ductu libri regii dederat, eodem libro excusso et reviso iterum revocat.

Quum autem videmus ex Caroli magni libro regio quidem fragmenta, illum vero Wilhelmi Angliae regis ab anno 1083—1089 redactum „Domesdaybook“, integrum in duobus voluminibus servatum: ecquis non una nobiscum doleat de amissis summis regni nostri literariis magni pretii rebus, quae indubiam lucem affunderent personis, chronologiae, conversioni gentis, administrationi regni, iuri universo etc. Oedipo autem nobis opus esse videtur qui doceat, quid factum sit: nec de illorum quinque capitulorum Legendis, quarum unam et reliquis consonam particulam qua principalem (Albensem) hic primum publicamus, nihil — sed neque memoriam superesse. Non parcentes fatigationibus ipsi nostris expensis dictorum archiva adivimus, at horum custodes demirati una gavisii sunt, se copiam sui quondam transumpti a nobis accepisse. Addimus, neque in

¹⁾ Arenga i. e. oratio publica, declamatio, concio. — Du Cange Glosarium I. 382.

Borsmonostra, aliquid spei superesse, quo Pertzii Archivum nos inviaverat. Verum etiam istae Legendae exemplarium reliquiae, quas a quinque capitulis obtinuimus, satis loquuntur, quam late diffusa et S. Stephani vitae iuncta fuerit in patria nostra de S. Martino traditio; imo non solum in Hungaria, sed etiam in exteris oris, plus enim decem locorum Legendas S. Stephani numeramus, quarum maiores verba particulae nostrae fere ad amussim reddunt, et venerationem utriusque Patroni nostri Martini et S. Regis depraedicant. Fontis instar exteris fuit Hartviki episcopi Ratisbonensis: „Vita Sancti Stephani Regis Hungariae“, cuius exemplaria Francofurtum, imo in Brabantiam translata sunt, cuius secundi (Corsendonensis) copiam dedit S. Stiling continuator Bollandi in Actis SS. T. I. Sept. 2. — Octo codicum mss. Austriae perinde Hartviki vita S. Stephani fons fuit; nec tamen dixerimus Hartviki vitam S. Steph. Legendae illi Albensi et quatuor sociis eiusdem congruam fuisse; deficiente vero alio comparationis medio, ni fallimur, ipse H. insinuabit: quoniam suo et quae alieno tritiori sermone scripta ad sua traduxerit.

Ceterum longum et saepe dubium hoc iter esse cernentes, ad diversitatem primaevae Albensis Legendae ab illa Hartviki demonstrandam brevior et tutior viam inivimus. Insecuti voces utriusque lectionis in illa Hartviki cap. VI. inter verba: „utrinque decertauerunt“ et „Tandemque hostibus“ interpolatam paragraphum offendimus, quae in Albensi apte deest „quia in mediam cruenti certaminis enarrationem illa, quae proxime clare dicta sunt uberius evolvere, et quae pugnam subsecuta sunt, intrusa parenthesi ante capere, supervacaneum fuit. Tamen, quia hic Hartviki verba seiuncta tenemus, ex quibus methodum eiusdem, quam in reddendo antiquiori textu secutus est, pernoscere liceat, hicce de Francofurtano - Bitiensi exemplari subiicimus: „Quos omnes protegente — compulit.“

Igitur iam ex hoc uno exemplo firmum et certum stat, primarium illum Albensis capituli textum regibus et pontificibus approbatum per Hartvikum non redditum sed pro sua subiectiva sententia interpolatum et alteratum fuisse. Proin, qui fieri potuit, ut illi opinioni nonnulli subscriberent, Hartviki Legendae textum fuisse illum capituli Albensis, cum huius transumptum verba Hartviki sua esse negat? Anne Hartviko primas partes cedamus, quod tamen minime arrogabat; an vero potius Capitulo Albensi, quod suam et Legendae suae auctoritatem iure defenderet? Fateamur, nos praeter nostri Albensis et 4 capitulorum transumpti verba, genuina primaevae Legendae verba non tenere, sed nova industria quaerenda esse, quorum videndi spem nullatenus deposuimus. Sed motos praestat componere fluctus; quum nostra, Deo laudes et grates habentes, etiam hac vice bene tuta et servata sciamus.

(Continuatur.)

Die Pflege der Musik im Benedictiner-Orden.

(Dargestellt von P. Utto Kornmüller)

ERSTER ARTIKEL.



Die göttliche Vorsehung hat den Benedictiner-Orden in besonderer und bevorzugter Weise zum Vermittler der alten und neuen Cultur im Abendlande erwählt und bestellt. Gerade zu der Zeit trat er in's Leben, als das Alte ganz wankend geworden in Trümmer zerfiel und Völkerschaften die Herrschaft im Occident übernahmen, welche, wenn auch in Staatseinrichtungen und Militärwesen ziemlich vorgeschritten, doch keineswegs geeignet waren, in Künsten und Wissenschaften einen Fortschritt oder Aufschwung anzubahnen; vielmehr schienen Kunst und Wissenschaft bei dem verheerenden